



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

281. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

minem salutare vetat dicens: *Nec ave ei dixeris, neque in domum receperis. Qui enim ave ei dicit, communicat operibus ejus malignis.* Audiant quid in Toletano Concilio scriptum est. Require cap. xxxvi.

CCLXXXI. Si quis, *inquiunt*, de potentioribus Clericum aut pauperem expolaverit. Require retro ubi de homicidiis continetur.

Audiant raptores & prædones rerum ecclesiasticarum quid sanctus Anacletus à Petro Apostolo ordinatus dicat.

De eadem re. *Anacletus.*

Capitula Karoli Calvi
ibid.
Burchard. lib.
II. c. 18.

CCLXXXII. Qui abstulit, *inquit*, aliquid patri, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit. Mater verò nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter genuit. Ergo qui Christi pecunias & Ecclesiæ aufert, rapit, aut fraudatur, homicida est, atque ante Deum homicida deputatur. Qui enim res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit, & ut sacrilegus judicandus est.

Item Urbanus Papa & Martyr dicit.

Capitula Karoli Calvi
ibid.

CCLXXXIII. Res & facultates ecclesiasticæ oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, & vota sunt fidelium ac pretia peccatorum atque patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus est damnationis Anania & Saphiræ; & oportet hujusmodi tradere Satanæ, ut spiritus salvus sit in diem Domini.